



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Vipera. Uxor inimica marito.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A Psalmo 58. ubi David ita canit: *Furor eorum par est Anguum furori, sicut Aspidis furde, & obturantie aures suas, qua vocem ritè quantumlibet excitantium non exaudiat.*

DE VIPERA.

UXOR INIMICA MARITO. CAP. XX.

ADhac Vipera suo quodam ingenio prædicta, extra ordinem sua habet hieroglyphica, quorum illud præcipuum, quod mulierem, qua virum oderit suum, cui mortem etiam intentet, neque nisi coitus tantum gratia blandiatur, per plectram Viperam Sacerdotes illi intelligebant: ea siquidem, *Vipera generatio.* ut apud Horum est, cum mari copulatur, caput ejus ori insertat suo, atque in concubitus conficitur nimia voluptatis vi superata, capite maris mordicus amputato, maritum extinguit. Id cum Plinius, Nicander, Galenus, tum plerique alii authores gravissimi tradunt, miror Albertum unum è nostris, conatus eos redarguere, qui dicant Viperam in coitu mariti caput amputare. Sed missa faciam qua *Plin lib. 10. cap. 62.* Galenus & alii scripsere in hanc sententiam, Nicandri verò carmina tam pulchra minime præmittenda fuerint:

Μῆσύγ' εὐ τριβόσιστάχοις, δτο δῆγμα πεφυγάς
Περικνός ἔχις θύησι τωπήν φολόδεν Θέσχιδης,
Ηίναια θερινούδης ἔχιθ. θολεξεφικωδόντη
Θερεζι αυνέξ εμφυση καρην απέκοψει ὀμεννύ,
Οι ἢ πατερές λόλην μετανιαζον αυτίκα τησοι;

Τενόρροισι εχίνες θητ. Αλφι μυτερές δεσμήν,
Γαστρί αναβεώσαντας ἀμηπορες ἐξεπιεντο.
Οινόδ θαρρύθ υποκυματιπούδε καθ' ὄλην
Σιοτόνοι εφιες λεπυρην θελπεσι οφριθλην.

Quia sic Latinè traduci possint:

Dii meliora velint, ne tunc incautus aperitis
In trivii, cùm forte acres mas luridus atra
Conjugis evasit dentes, & fulminis iustum,
C. Vipereo occursas generi. namq; illa in apertas

Complexu in dulci abscondit: mox damna parentis
Extinctifera progenies ulciscitur, alio
Materna abrofa, & catuli sine matre oriuntur:
Sola erenim hec animat factum, reliqua ova colubra
Excipient semen fauces, capni inde mariti

Per sylvam excludant, soventq; in cortice prolem.
Neque me præterit, esse qui alia quedam Serpentum genera animal parere tradant, qua super historia multum diuque annis proximè elapsis decertatum est inter literatos viros, lite adhuc sub judice destituta, cum etiam fuerint etate nostra, qui has quas putamus Viperas, utriusque sexus electas, vivariis inclusere easque aliorum instar animalium conjugi, concipere, parere, educere que fecundus fuos experimento compererint, nullo parentum desiderato. Quod si quis in hoc negotio plura de-
poscat, ab editis jam eorum libris desumendum fuerit. Sane alia etiam est Vipera generatio: siquidem Aristoteles, ut apud interpretem Theocriti legitur, lacertam exsiccata ait in Viperam mutari.

FILII CONSPIRANTES IN MATREM. CAP. XXI.

ULT vero reliqua prosequamur, filios adversus matrem conspirantes, Aegyptii Sacerdotes per eisdem Vipera hieroglyphicum notabant. Quod si quis hominum tantum sceleris admis-
set, articulatum cum acutis calamis ca sum, jubebat vivum super spinarum acervos comburi: me-
rito maximum omnium scelus indicantes, ei mortem inferre, à quo vitam quis accepisset. Hac vero de causa dicunt Viperas in parricidae culeum includi solitas: nam Simia, quam Juvenalis inno-
xiā appellavit, filios, ut in Cynocephalo diximus, suos necare ipsa solet. Canis verò & Gallus non alia de causa creditur cum his idem subire supplicium, nisi quia & ipsi impie facere videntur, quod & forores & matres ipsas faliant. Sed quod ad parricidium attinet, non id tantum animantium ge-
nus eo scelere contaminatur, verum etiam phalangia, ut & Polypos & fluviales Equos taceam, ea-
dem prorsus impietate notata sunt. hac enim foetu numero, quippe supra triginta interdum, edi-
ta, matrem, quam primum orta fuerint interimunt, nonnumquam & patrem, eo Viperis immaniora,
quo illa nascendi necessitate, hac jam nata, nulla cogente causa, nullo invitante commido, sponte
se par-

Y 3

*Parricidae
supplicium.*